



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Caput XXV. De Adventu Ducis Brunschwich.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

*Hermannus de Saltza IV. Magister Gen. Ordinis Teut.
Hermannus de Balke I. Magister in Pruss. Provincialis.*

ANIMADVERSIO.

- (a) Elbingense Exemplar habet Gobotini. Glottinas ali nominant,
Vid. Weisiel. in Chron. fol. 51. b.

CAP. XXIV.

*De**Ædificatione Castris Schinkenberg.*

Campum illum in quo Castrum de Belga situm est ambiunt paludes, sic quod tempore aestivali nullus potest transire, nisi per pontem, ante quem Pontem in quodam tumulo ædificaverunt fratres castrum dictum (a) Schinkenberg, locantes in eo plures fratres & quendam Virum Nobilem Hertvigum patrem (b) Hertvigi de Pokarwisi & multos alios viros bellicosos qui ingressum infidelibus prohibebant.

ANIMADVERSIONES.

- (a) Hennebergerus in Commentario ad Tab. Geogr. Pruss. legit Schneckenberg dicitque montem illum etiamnum appellari eodem nomine.
(b) Hartmann von Polkawis habet Herneberg. *loc. cit.*

CAPUT XXV.

*De**Adventu Ducis Brunswich.*

Hoc tempore sicut aqua frigida sitiensi & bonis nuncius de terra longinqua: Ita nobis ille DEO devotus illustris (a) Princeps & Dux de Brunsvig, qui etiam de Luneburg dicitur, venit cum multitudine copiosa peregrinorum, ad terram

Hermannus de Saltza IV. Mag. Generalis Ordinis Teut.

Hermannus de Balke I. Magister in Prussia Provincialis.

Pruschiæ in subsidium fratribus in gravi necessitatibus articulo constitutis.

ANIMA DVERSIO.

(a) Ottōnem eum appellat Jeroschinus.

CAP. XXVI.

De

Strage Infidelium & Destructione castri Partigal & propugnaculi.

DE Castris Pruthenorum prædictis quotidiè tot armati processerunt ad bellum, quod præclusa fuit fratribus via adiundi hostes, & sublata omnis materia impugnandi eos. Super quo fratres perturbati convenerunt saepius, quærentes in tractatibus suis remedium opportunum. Tandem ipse Christus, qui devotos suos in tribulationibus constitutos non desinit consolari, provocavit gratia sui Spiritus quondam dictum Pommadam Virum Nobilem qui inter Pruthenos quondam magnæ fuerat reputationis, noviter autem conversus ad fidem Christi, & ad fratres, ut sibi negotium fidei & fidelium assumeret in hunc modum. Idem Pommada de castro Balga rediit ad suos (a) compaterotas Pruthenos, simulans se hostem fidei & fidelium, quo viso gavisi sunt Prutheni gaudio magno, quia sperabant omnem Virtutem fratrum per hujus Viri industriam enervare. De consilio itaque hujus Pommada, omnes potiores Warmiæ, Nattangiæ & Brarthæ, & alii ad bellum apti, convenerunt, castraque metati sunt in obsidione Balgæ, sed fratres qui hujusmodi factum & Ordinatum diu ante presciverant, jam cum dicti Principis de Brunschvigg & aliorum Peregrinorum comitiva congregati in armis exierunt ad eos in prælium, & occiderunt ipsos

O 3

usqve